

De Marte et eius figura c. 3 fol. 4

Erat ergo figura Martis imago furibundi hominis in curru sedentis, galeam habentis in capite et flagellum in manu portantis. Ante eum vero lupus pingebatur, quia illud animal ab antiquis ipsi specialiter consecrabatur. Iste enim Mavors id est mares vorans et deus bellorum dicebatur a gentibus. Ista omnia voluerunt poete confingere ad ostendendum naturam illius stelle, que calida et sicca et ideo colerice complexioni dicitur dominari.

Mars: planeta calidus et siccus et sic colerice complexionis. Et est ymago furibundi hominis in curru sedentis, galeam habentis in capite et flagellum in manu portantis; et lupus pingebatur ante eum, quod animal olim sibi consecrari consuevit; et dicitur Mars id est Mavors hoc est mares vorans⁵⁵⁾ et deus bellorum dicebatur a gentibus

et maxime a Saxonibus, qui eum precipue colebant; unde adhuc in Saxonia et vicina Westfalia, que antiqua Saxonia appellatur⁵⁶⁾, multa sunt loca a Marte appellata, et gentes illarum parcium ceteris nacionibus sunt nimium bellicose ac sediciose ad instar luporum crebris⁵⁷⁾ rapinis et invasionibus plebeios et rusticos illarum parcium offendentes⁵⁸⁾. T. Electus Verd(ensis)

De Mercurio et eius figura c. 6 fol. 6—7

Erat enim ipsius figura secundum Fulgentium et Rabanum in libro suo de rerum naturis

homo, qui in capite et intalishabebat alas, in manibus virgam, que habebat virtutem somniferam, que circumsepta erat serpentibus, et gladium curvum, quem harpen vocabant; habebatque fistulam fictam de calamo ... Iste igitur dicebatur mercatorum deus et furum et Mercurius quasi mercatorum curius id est curam gerens dictus; quan-

Mercurius: iste depingebatur quod erat homo, qui in capite et intalishabebat alas, in manibus virgam, que habuit virtutem somniferam, que circumsepta erat serpentibus, et gladium curvum, quem arpe vocabant; habebat fistulam de calamo etc. Iste dicitur furtorum (deus)⁵⁹⁾ et ideo Mercurius quasi mercator dictus et se quandoque de viro in femi-

⁵⁵⁾ Hs.: vocans.

⁵⁶⁾ Hs.: appellatur, danach getilgt et-Zeichen.

⁵⁷⁾ Hs.: crebrum.

⁵⁸⁾ Vgl. Privilegia (ed. Schard, De iurisdictione etc. Basel 1566) S. 801; Heimpel S. 231; s. u. S. 215.

⁵⁹⁾ Hs.: deus fehlt.